GUILELMUS PERALDUS. BERNARDUS CLARAEVALLENSIS
Salzburg (?), 2. Drittel 14. Jh. Seite 41v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8182
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



in curam s. Judam. hec non fe
cit ambicio. vel aliud peccatum.
licet de ambicione plures sint
apli. ¶ Octauum est hec. quod aua
ricia irrisit celestem medi
cum. Luc. xv. Audiebant hec
verba pharisei qui erant aua
ri. et irridebant eum. unde illud
manifestum est. quod auaricia.
Jude et sacerdotum interfecit
eos. ¶ Nonum est hec. quod celestis
medicus contra hanc infirmita
tem. totam purgacionem in
dixit. Luc. xiiii. Omnis ex
uobis qui renunciauerit omnibus
que possidet. non potest esse meus
discipulus. Contra gulam
non tamen dixit. sed solum amo
nuit. ne corda discipulorum gra
uarentur in crapula et ebrieta
te. ¶ Decimum est hec. quod contra
hanc infirmitatem ita strictam
dietam precepit obseruari. ut
nullus haberet aliquid proprium.
Undecimum est hec. quod multi hac
infirmitate laborant. qui nes
ciunt se illa laborare. et
ideo non querunt sanitatem.
salutis Sen. Inicium sanitatis est
cognicio peccati. Item. Nemo
se auarum intelligit. nemo cu
pidum. ideo cum difficulta
te ad sanitatem peruenimus
quia nos egrotare nescimus
¶ Duodecimum est hec. quod vari
etas infirmitatum. que in fir
mitatem secuntur auaricie. de

quibus vii. ponemus. ¶ Quarum
prima est cecitas. que figurata
est iohannis viiii. per cecitatem illius
ceci nati. unde dominus uolens
illuminare eum. liniuit
oculos eius luto. insinuans
esse causam cecitatis illius. lu
tum temporalium istorum. De hac
cecitate legitur similiter. Tob.
ii. ubi dicitur. Quod tobyas fuit
cecatus. stercoribus calidis
hyrundinum. que super oculos
eius ceciderunt. Hyrundo
garrula et depicta. significat fe
licitatem huius mundi. que
est quadam pulchritudine
depicta. et tumultuosa. que ca
lida stercora proicit super oculos
cordis. i. temporalia ista. que
exurunt corda hominum. Gen.
ubi legitur. Quod abymelech res
gerare. dedit Sare mille
argenteos in velamen ocu
lorum suorum. et super illud. ps.
Mane astabo tibi. et uidebo.
Dicit glossa. Deum non uidet
qui temporalibus adheret.
¶ Secunda infirmitas est febris
que figurata potest esse per febrem
aqua dominus curauit filium
reguli. De qua legitur Joh. iiii.
Auarus febrem tempa
neam patitur. cuius tremo
rem habet cum trepidat. ubi
trepidandum non esset. Sen.
Videt regem et estimat pre
donem. uidet pauperem. et